# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Bedae expositio in Actus apostolrum - Cod. Aug. perg. 43


**Beda <Venerabilis>**



**[Reichenau ?], [14. Jahrh.]**


Eiusdem secunda Iohannis.


urn:nbn:de:bsz:31-64495



Visual Library

EXPLICIT
EPISTL SCI
IOHANNIS
APOSTOLI
PRIMA
INCIPIT
EIUSDEM
SECUNDA

Senior electae dominae. & na
tis eius. quos ego diligo in
ueritate; Quidam putant
hanc et sequentem epistolam
non esse iohannis apostoli. sed
cuiusdam presbyteri iohannis.
cuius sepulchrum usque hodie
monstratur in epheso; cuius etiam
papias auditor apostolorum.
et hierapoli episcopus. in opuscu
lis suis saepe meminit; sed nunc
iam generalis ecclesiae consensus
habet. quod has quoque epistolas
iohannes apostolus scripserit.
quia reuera multam uerborum
et fidei similitudinem cum pri
ma eius epistola ostendunt.
et simili zelo detestantur here
ticos; seniorem autem se dicit
iohannes. uel quia iam prouec
tus erat aetate. quando has
scripsit epistolas. uel quia no
men senioris. id est presbyteri.
etiam pontifici. propter matu
ritatem sapientiae & grauita
tis congruit; Unde & petrus
ait; seniores ergo qui in uobis
sunt. obsecro consenior. & testis
xpi passionum; senior inquit
electae dominae, & natis eius.
quos ego diligo in ueritate.
id est uero amore diligo. Illo ui
delicet. qui secundum dm̄ est;
Uel certe quos ideo diligo. quia

perseuerantes in ueritate considero;
ET NON EGO SOLUS SED ET
omnes qui cognouerunt ueritatem;
Quia contra hereticos scribere in
cipit. qui a fidei ueritate excide
runt. recte omnium qui ueritate
tem cognouerunt. unam dilectio
nem in se cor esse commemorat.
ut unanimitate simul et multi
tudine catholicorum terreat
eos qui ab horum societate se ecu
essent pauci segregarunt; reue
ra enim omnes per orbem catho
lici unam ueritatis regulam se
quuntur; At non omnes hereti
ci et infideles unanimo errore
consentiunt. Uerum non minus
semet alterutrum quam ipsam
ueritatis uiam impugnant;
PROPTER UERITATEM
quae permanet in nobis. et no
biscum erit in aeternum;
Non aliam inquit ob causam te
tuosque diligimus. nisi propter
ueritatem fidei quae in nobis
semper inexpugnabilis perdu
rat. quia uidelicet eandem
etiam uos inuincibiliter custo
dire conperimus;
SIT NOBISCUM GRATIA.
et misericordia et pax a deo pa
tre. et a xpo ihu filio patris.
in ueritate et caritate;
Quoniam negabant illius temporis
hereticis marcion et cherintus. ue
rum esse filium di dnm nostrum
ihm xpm. sed illi a natiuitate
humana principium dabant.
recte iohannes eum ad confutan
dos blasphemos filium di patris
esse commemorat; Gratiam
quoque misericordiam et pacem
ab illo sicut a deo patre fidelib;
dandam esse testatur ut eum
aequalem et coaeternum patri
demonstret. Cuius dona eadem
quae patris esse designat;
sicut etiam ipse dns de sua et
patris consubstantialitate
loquens ait; quaecumque enim
pater fecerit. haec et filius
similiter facit;
ET NUNC ROGO TE DOMINA
non tamquam mandatum
nouum scribens tibi. sed quod
audiuimus ab initio ut diliga
mus alterutrum;
Arguit hoc uerbo hereticos.
qui noua dogmata relictis his
quae ab apostolis audierant
inducere temptabant.
Ac per hoc fraternae carita
tis foedera dissipabant;
Dicit ergo se nequaquam no
uum mandatum scribere
sed hoc solum hortari. ut anti
qua fides in omnibus et caritas
inlibata permaneat;

QNM MULTI SEDUCTORES exierunt in mundum, qui non confitentur ihm xpm uenientē in carne; Et de hereticis potest intellegi, qui confitentur quidem ihm xpm incarnatum, sed in ali qua parte fidei eius non recte sentiunt. Aut uerum esse carnem. aut uerum animam. aut ueram diuinitatem, aut uerū eius patrem dm̄, aut uerum eius spm̄ scm̄ dm̄ omnipotentem, aut aliquid aliud quod recta fides confitetur negantes; Potest et de iudaeis accipi, qui omnino ihm esse xpm negant, qui xpm in carne necdum uenisse ad saeculum mundi dicunt, sed ad interitum suum uenturum exspectant antixpm;

OMNIS QUI PRAECEDIT. et non manet in doctrina xpi, dm̄ non habet, qui permanet in doctrina hic et filium et patrem habet;

Notat uerborum distantiam. et fidei complectere ueritate; non permanentem in doctrina xpi dm̄ non habere dicit, permanentem autem in doctrina eius, filium et patrem dicit habere, ut ostendat patrem et filium unum esse dm̄ uerum, et coarguat eos mendaci. qui filium uel non esse dm̄ uel posteriorem. aut minorem patre asseuerent;

SI QUIS UENIT AD UOS ET HANC doctrinam non affert, nolite recipere eum in domo. nec aue ei dixeritis; Qui enim dicit illi haue, communicat operibus illius malignis; Haec iohannes de schismaticis siue hereticis detestandis, quae uerbis docuit. etiā factis exercuit; Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus. et martyr fortissimus polycarpus. smyrneorum antistes. quia tempore quodam, cum apud ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus, et uidisset ibi cherinthum. exsiliret continuo. et discederet non lotus dicens; fugiamus hinc, ne et balneae ipsae corruant. in quibus cherinthus lauat, ueritatis inimicus; Idem etiam policarpus. marcioni aliquando cum occurrisset dicenti sibi, agnoscis nos. respondit, agnosco; Agnosco primogenitum satanae; Tanta tunc apostoli atque eorum discipuli. in religione cautelae utebantur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum

qui a ueritate deuiauerant habe
re paterentur, sicut et paulus
dicit, hereticum hominem post
primam & secundam correptio
nem deuita. sciens quia peruer
sus est huiusmodi et peccat cum
sit a semetipso damnatus;

SALUTANT TE FILII SORO
ris tuae electae,

Sicut aduersarius ueritatis ha
ue dicere prohibet. Ita e contra
rio electos ex persona electorum
salutat. ut et infideles deter
reantur ab omnibus bonis. si
forte uel sic corrigi uelint. et
fidelium semper ad inuicem
pax augescat et caritas.

# EXPLICIT
# SECUNDA.
# INCIPIT
# TERTIA.

SENIOR GAIO CARISSIMO.
quem ego diligo in ueritate.
Qui uel qualis fuerit iste gaius
in processu epistolae monstratur.
qui uidelicet fidem xpi quam
perceperat. bonis accumulabat
actibus. et si ipse ad praedican
dum uerbum minime sufficie
bat. eos tamen qui praedica
rent de facultatibus suis susten
tare gaudebat, hunc autem
esse gaium arbitramur cuius
in epistola ad romanos paulus
meminit dicens. salutat uos
gaius hospes meus. et ecclesiae
totius, qui enim hospes et
qui suscipit et qui suscipitur
appellari consueuit. Gaius
erat hospes uniuersae ecclesiae.
quia omnes qui ad se ueniebant.
et praedicatores uidelicet et
auditores uerbi benigne susci
piebat. sicut et huius episto
lae sequentia manifeste de
clarant. Unde et iohannes
eum in ueritate diligit. hoc est
non temporalium gratia
commodorum sed solo peren
nium bonorum quae eum dili
gere uidet intuitu, fuisse
autem gaium corinthi uidetur
ex eo quod paulus illa mora
tus in ciuitate. epistolam
scripsit ad romanos. quos &